



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 56. Liber de Christiana libertate a Lutherio Pontifici nuncupatus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](#)

„ laceffere volo, nec ab aliis laceffiri pa- Sæcul. XVI.  
„ tior, si tamen convitiis & injuriis pe- A. C. 1520.  
„ tar, non defuturus sum caussæ: ut  
„ autem palinodiam canam, nemo a me  
„ præstoletur, de cetero, in potestate  
„ Sanctitatis vestræ jam est, ut litem com-  
„ ponat uno verbo, scilicet, si ejus co-  
„ gnitionem in se recipiat, & utriusque  
„ parti silentium imponat. „

Data est hæc epistola die sexta Apri-  
lis Anno Domini millesimo quingentesi-  
mo vigesimo, ad quam tamen nullum de-  
dit responsum Pontifex.

§. LVI.

*Liber de Christiana libertate a Luthero  
Pontifici nuncupatus.*

Sub idem tempus Lutherus librum, *Cochl. ann.*  
quem *de libertate Christiana* composuit, 1520.  
erroribus, ac calumniis plenum summo *Ulemb. cap. 5*  
Pontifici nuncupavit. In eo docet, quod *Sleid. l. 2.*  
justificatio per solam fidem fiat, eaque *p. 39.*  
omnia præstet, necnon per illam  
nos liberemur ac salvemur absque bonis  
operibus, cum ea inutilia reputaret:  
addit nihilominus, se illa non rejicere, i-  
mo ad eorum exercitium adhortari, con-  
demnat vero eos, qui per ea justitiam  
consequi posse sperant, certus sum enim,  
inquit, illa non reddere hominem justum,  
sed supponere hominem jam justificatum

*Hift. Eccles. Tom. XXXIII. K k per*

Sæcul. XVI per fidem, nec ab ullo fidi actionem  
A. C. 1520. vere, sed duntaxat specietenus bonam ex-

ercent posse. Denique ad finem libri sui  
inquit, ritus Ecclesiæ non contemno,  
nonnisi superstitiones damno: cum vero  
Lovaniensis & Coloniensis Universitates  
hunc librum prosciberent, Lutherus hac  
super re conquestus ait. „ Quid malife-  
„ cit Sanctissimus Pater hisce Scholis,  
„ ut librum ejus nomini dicatum atque  
„ ad ejus pedes, ut illius judicium præ-  
„ stolaretur, provolutum ex ipsius mani-  
„ bus eriperent. „

### §. LVII.

#### *Lutheri tractatus de confessione.*

*Luth. oper.* Lutherus, ut Saxonie Electorem adver-  
zom. I. sa valetudine pressum firmaret, eidem  
*Steidan. in* duos inscripsit libellos, unum pro conso-  
com. l. 2. p. 39. latione affictorum, (\*) alterum de ratio-  
ne confitendi. In primo differit de pro-  
speris & adversis, neconon de recto eorum  
usu, ac de rationibus ac caussis gaudii  
vel mæroris; in secundo autem admisit  
confessionis usum in verbis Christi Do-  
mini fundatum, qui confitentibus veniam  
pollicitus esset. Dein probandum affu-  
mit, quod verum Christianum non secu-  
rum

---

(\*) *Hic libellus a Luthero vocatur Tessa-  
radecas consolatoria.*